



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

209. An licitum sit coniugibus non absoluere copulam, sed illam incipere delectationis causa, dummodo non subsit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor inchoata ea copula contenta sit? Et an ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

quamvis propter naturae incitationem putetur se-  
quuntur pollutionis. Ita ille,

**Sep.** hoc su-  
pis in Ref.  
203. §. vlt. &  
in tom. 2.  
tr. c. Ref. 20.  
§. vlt.

4. Vnde ex eodem principio dicendum est,  
non peccare cum de novo , qui inchoata fornicatione  
cum aliqua , se trahit antequam seminat ,  
quamvis propter naturae impetum semen sit emit-  
tendum extra vas naturale. Et eo casu tenetur se  
retractare , quia omni tempore ante completam  
fornicationem teneat desistere , & non consum-  
mare : vnde eo casu pollution non censetur volita ,  
sed permissa. Nec assentior Praepositus ubi supr. Tho-  
ma Sanchez in editione Veneta , lib. 9. disp. 19. num. 7.  
asserteribus contrarium esse probabile , & posse in  
eo casu sine novo peccato actum consummati : nec  
posse fornicationem se retractare , si feminam v.g. le-  
minauerit: nam quod una pars seminauerit, non tol-  
lit obligationem non seminandi , & consummandi  
actum malum , quantum est ex parte alterius. Vide  
Lessium lib. 4. c. 3. dub. 7. n. 55.

5. Dicendum est igitur ex supradictis ad deci-  
sionem multorum casuum , in omnibus evenientibus  
pollutionem evenientem etiam in vigilia ex aliqua  
actione , ad quam exercendam subest rationabilis  
causa , non est peccatum , modis absit periculum con-  
sensus. Vnde ego his diebus consului non peccare  
coniuges , qui in signum matrimonij coniugalis se  
amplectuntur , quamvis preuideatur sequentia pol-  
lutionis , quia est. Etus coniugalis est sufficiens causa ta-  
lem actum exercendi. Vide Azotium tom. 3. lib. 3.  
cap. 23. q. 6. Sicut etiam neque peccarent coniuges in  
actu coniugali , quamvis ex debilitate vel imbecillitate  
naturae vel alia de causa prae intentionem efflo-  
sat aliquid seminis extra vas naturale ; vel si ad-  
vertant redditus debitum in se vel in alio periculum  
pollutionis , cum vacent rei illicitae , ad quam  
ex iure alterius obligantur.

**Sup.** hoc su-  
pis in Ref.  
119. §. vlt. &  
in tom. 8. tr.  
6. Ref. 14. §.  
His in fine ,  
& in Ref. 15.

6. Sed hinc obiter queri potest ; an liceat praebere  
medicinam ad corrumpendum semen , ut postea  
possit eiici. Tomas Sanchez in editione Veneta , lib. 9.  
disp. 17. n. 15. vel 16. dicit neminem negaturum fas  
esse accipere syrum resoluentem semen in sanguinem  
nem aliquum humorum alii viis expurgandum , ne  
ager omni modo ad salutem corporis procurandam  
restituatur. Et hanc opinionem non est improba-  
bile tenet Praepositus supra in part. 2. *Vini Thomas.*  
q. 74. art. 10. dub. 1. Sed ego puto non licere ; quia  
etiam id repugnat institutioni seminis.

### RESOL. CCVIII.

*An proprius notabile damnum saluis corpora possit con-  
tinuus negari debitum petenti , etiam si in illo adsit per-  
iculum incontinentiae ?*

*Et an propter ordinarios dolores , quos femina in partu  
solenti pati , possit debitum maritus negare ?*  
*Et an possit negari debitum coniugi ebrio ?*  
*Idem est de coniuge amente , & furioso , dum tales sunt .*  
*Et quid tamen , si periculum sit , quod ebrius extra  
ebrietatem , an furiosus extra furorem effundat semen ,*  
*vel in aliud incontinentem peccatum elaboratur ; an te-  
neatur alter coniux in ipsa ebrietate , & furore redi-  
dere debitum ? Ex p. 6. tr. 7. & Mise. 2. Ref. 64.*

**§. 1.** **N**egatiuam sententiam docet supplementum Gabrielis in 4. distinct. 32. qnaest. xnic. art. 2. Lefedina de Matrimonio , qnaest. 64. art. 1. dub. 2. conclus. 3. Vega in summa tom. 1. c. 78. cap. 3. & alij. Probatur quia ordo charitatis petit , ut salus corporis postponat saluti animae.

2. Sed mihi magis placet opinio Ioannis Maioris in 4. dist. 31. qnaest. 1. argum. 1. contra 3. conclus. & San-

chez de Matrimon. tom. 3. lib. 1. disput. 2. num. 12. qd  
dispar. 24. num. 12. Et ad argumentum contrarium  
refpondeo procedere , ubi est extrema necessitas  
vel si est grauis , is qui subuenire debet , est Prelatus , qualis non est coniux : nec ea est extreman-  
tis : nam potest alii mediis periculo illi incom-  
nitus subuenire.

3. Et ita hanc nostram sententiam pater Do-  
part. D. Thome qnaest. 6. de Sacram. Matrim. dub. p.  
num. 14. ubi postquam adduxit multos casus , in quibus  
coniux non tenetur reddere debitum , & prae-  
cipue propter graue periculum morbi , alieni Peter-  
tum reddere , quando saltem in compareat perfa-  
lum pollutionis. Respondeo negare. In varijs  
quemadmodum enim variis alis evenientibus condi-  
gatus tenetur alter occurrere periculo inconten-  
tiae , quam per actum coniugalem , ita & in loco even-  
tu , cum in illo pars non censeatur libertat ab onere  
reddendi exalteris condonatione , sed ex ipsa re na-  
tura , que ius ei tribuit sibi suorum corporalium falgi  
consulendi non obstante traditione corporis in alterius  
dominium , quo casu respectu mali alieni per-  
missive censemur se habere : prudenter tamen conser-  
vandum , an substeat malum aliquod extrahendium ; nam propter ordinarios dolores , quos femi-  
nae in partu solent pati , non possunt debitum natu-  
ris negare , ut communiter Doctores docent. Hoc  
vlsque Praepositus.

4. Sed hic obiter querendum est , an negari  
possit debitum coniugi ebrio. Ad hoc dubium respon-  
spondet Fagundez Decalogi tom. 1. lib. 6. c. 4. n. 50.  
Idem quod diximus de coniuge amente , dicendum  
est de ebrio & furioso , dum tales sunt : si tamen p. 3. n.  
riculum sit , quod ebribus extra ebrietatem , aut fu-  
riolus extra furorem effundat semen , vel in aliud in-  
continentem peccatum elaboratur , tenetur alter con-  
iux in ipsa ebrietate , & furore reddere debitum. Ita  
docet Sanchez lib. 9. de Matrim. disput. 23. num. 12.  
Vega 1. part. summ. capit. 18. cap. 12. quomodo id  
milius durum videatur propter ingentem molestan-  
& ea obligatio in eo casu lolum videatur esse de-  
clarata ad virandum peccatum alterius coniugi , quod  
non tenetur vitare cum tanto suo detimento , ita  
Fagundez.

### RESOL. CCIX.

*An licitum sit coniugibus non absoluere copulam , sed  
illam incipere delictacione causa , damnum non ob-  
sist periculum pollutionis alterius coniugis , & exco-  
rbo inchoata ea copula contenta sit ?*

*Et an si periculum sit , quod ebrius extra ebrietatem ,  
aut furiosus extra furorem effundat semen , vel in  
aliud incontinentem peccatum elaboratur , tenetur  
alter coniux in ipsa ebrietate , & furore reddere de-  
bitum ?*

*Et an licitum sit femina aliquando ex infra causae  
menem emittere , ne concipiatur ?*

*Et an exoritur vel quacunque alia femina statim post co-  
pulam se inveniens , ut semen emitat ne concipiatur , &  
generetur , peccatum mortiferum committat ex uera  
femina , nisi aliqua causa rationabilis exponatur ? Ex  
part. 10. tr. 14. & Mise. 4. Ref. 5. alij. 5.*

**§. 1.** **N**egatiuē responderet Ludovicus de San Juan Sub  
in Summa , qnaest. 6. art. 15. de Sacram. Matrim. diff. alt. 3. ubi sic ait : [ No es licito tener 5. libro  
copula coniugal , sic querer derramar finiente. Elia 5. alij. conclusion es casí comun , y virtualmente la tie-  
non los que riuieron la resolution de la duda  
preceden

precedente, porque la copula carnal sin detramiento; no es Matrimonial ordenada à la generacion, à quien se ordena el Matrimonio, y alla serà pecado mortal tenerla entre casados. Contra esta conclusion. Esta copula no consumada se ordena à evitar la fornicacion, que es el secundario fin del Matrimonio, y aquie no se ordena al fin principal, que es la generacion: luego licita sera à A este argumento digo, que la copula ordenada à evitar la fornicacion, no es la copula comenzada, sigo la consumada con detramiento de simiente pudiendo seminare. ] Ita ille, & alij.

2. Sed ego affirmatio sententie adhaereo contra quandam Patrem Dominicanum, qui dixit his diebus illam me non recte docuisse. Sed nostram sententiam tenet nouissime me citato Pater Leandrus de *Sacram.* tom. 2. tract. 6. dispu. 25. quæst. 42. qui citat etiam Caetanum, Paludanum, Tabiciam, & alios Doctores Dominicanos. Dicendum est itaque talim copulam esse licitam, dummodo nec subfit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor inchoata ea copula contenta sit: quia copula absque seminatione, reputatur instar tactuum partium verendarum, qui inter coniuges, cessante pollutionis periculo liciti, & permitti sunt. Sicut ergo tactus, etiam ex natura sua ordinentur ad actum, liciti sunt, quamvis non sit ultra progressus; sic etiam erit inchoata copula.

3. Sed hic obiter quarto, an licitum sit feminam aliquando iusta causa post copulam semen emittere, ne concipiat. Et affirmatio responderet Fagundez in *Decalog.* tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 50. vbi sic ait: Idem quod diximus de coniuge amente, dicendum est de ebrio, & furioso, dum tales sunt; si tamen periculum sit, quod ebrios extra ebrietatem, aut furiosus extra furorem effundant semen, vel in aliud incontinentiae peccatum elabuntur, tenetur alter coniux in ipsa ebrietate, & furore reddere. Quamvis id mihi durum videatur propter ingentem molestiam, & grauem odorem, & ea obligatio in eo casu sollemniter videtur esse de charitate ad vitandum peccatum alterius coniugii, quod non tenetur vitare cum tanto detimento suo. Vxor denique, vel quæcumque alia feminam, statim post copulam se invertens, vt semen emittat, ne concipiat, & generet, peccatum lethiferum admittit ex natura sua, nisi aliqua causa rationabilis excuserit, v.g. periculum mortis in partu, aut labor magnus, & magnum detrimentum in illo detinendo. Ita ille. Sed recte hanc sententiam ex multis reprobatur Leandrus vbi *Supra quæst.* 45. quia impedit generationem de se est intrinsecè malum. Ergo nunquam efficere id licet.

## RESOL. C C X.

*An coniux sanus teneatur reddere debitum coniugiamenti, si iste ad aliam accessus sit, vel se pollutru sit?*  
Et notatur uxorem rationis compotem posse à viro insano debitum petere.  
Et quid, si adit periculum, quod insanus extra eas seminet?  
Et aduerterit, quod quando ambo coniuges sunt amantes esse separandos, ne carnaliter coniungantur.  
Et an peccat mortaliter, qui eos ad copulam incitaret?  
Et an coniungi ebrio, dum usu rationis privatus est, tenetur eius coniux reddere debitum?  
Et quid, si est periculum incontinencia in coniuge ebrio?  
Et aduerterit, si vierque coniux ebrios est, licere cor-

Tom. II.

cubitum inter illos, cuius contrarium dictum est de amentibus. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 4.

§. 1. **A**d hoc dubium responderet Texeda tom. 2. Sup. hoc in Ref. seq. sequ. §. vlt. post mediū. versi. At vero.

lib. 4. tr. 1. contr. 12. n. 134. vbi sic ait: [Si roges, an in caso adducto coniux sanus teneatur reddere debitum coniugiamenti, si petat. In qua difficultate affirmat Sanchez lib. 9. de matr. disp. 25. n. 11, teneri debitum reddere, præcipue si credit, ex negatione debiti coniugem amentem ad aliam accessum. Ceterum omnino dicendum est cum Soto in 4. disp. 3. q. 2. art. 4. non teneri debitum reddere coniugem sanum amenti petenti, quia aetus ille petendi non est humanus, neque deliberatus, neque amenti debet aliquid imputari ad culpam.] Ita Texeda.

2. Sed ego opinioni Sanchez adhaereo, quam ruetur etiam Hurtadus de matr. disp. 10. diff. 12. n. 55. Coninch de *Sacr.* disp. 3. 4. dub. 9. n. 79. Calistrus Palauus tom. 5. disp. 3. punct. 4. §. 4. n. 18. Dico itaque, nunquam coniugem sanæ mentis, per se loquendo, teneri coniugii rationis usum ob amictiam deflito, debitum reddere, etiam in illis casibus in quibus id facere posset. Ita communiter Doctores. Ratio est, quia vius dominij non potest esse in subiecto, quod hic & nunc est incapax vius rationis, sicut nec ipsum dominium potest esse in subiecto incapacit rationis: ergo talis animus inutiliter exigit debitum, quia hoc est vius dominij, & consequenter alter non tenetur reddere. Fiematur, quia quamvis amens retineat dominium, attamen domino, & iuri naturali matrimonij tantum correspondet obligatio reddendi ei qui exigit, vt homo est, seu acta humana; quia exigenti dormienti non est reddendum, amens autem non exigit vt homo. Quare sicuramente amens mittit ius ad suorum bonorum administrationem, ita ad vium matrimonij, ita vt exigens non obliger per se, & ex natura rei. Per accidens autem erit obligatio, si ex defectu redditio accessurus sit ad aliam, aut se pollutrus sit: quia tunc recta ratio exigit, vt valde egeni debitum reddatur, quamvis non perat vt homo, qui non potest. Unde ad cuitanda gratuia mala, quandoque sanus teneatur amenti petenti reddere. Et haec omnia præter Doctores citatos tenet Martinus Perez de matr. disp. 49. scilicet 6. n. 7.

3. Quod si redditio debiti amenti nocua sit, penfanda est qualitas damni, vt inde colligatur, an sub gravi, vel sub veniali culpa debeat coniux sane mentis redditio abstinere, vti nouit Basilius Ponce lib. 10. cap. 14. in fine.

4. Notandum est etiam hic, vxorem rationis compotem posse à viro insano debitum petere: quia petit copulam sibi debitam, qua ob defectum iudicij in altero coniuge priuati non debet. Quod adeo vereum est, vt etiam adit periculum, quod insanus extra vas seminet, non tenetur coniux sanæ mentis debiti pericione abstinere: quia illa effusio est præter eius intentionem, neque illi vi potest suo iure venti, tribuenda est, sicuti docuit Soto in 4. d. 34. q. 2. art. 4. ad fin. corp. Petri de Ledesma q. 58. art. 3. dub. 2. in refol. ad 3. Henr. lib. 11. cap. 15. n. 4. & 10. Sanch. disp. 2. 3. n. 7. Coninch dub. 9. concl. 6. n. 79. Et de hoc casu in facti contingenti Panormi consultus fui.

5. Non nego tamen, quando ambo coniuges sunt amantes, esse separandos, ne carnaliter coniungantur; & peccare mortaliter, qui eos ad copulam incitaret. Ita communiter Doctores. Ratio est, quia tametsi eiusmodi amantes non peccent, defectu libertatis; at qui eos copularet, concurreret ad eidem periculum male educationis prolis, & ad illius damnum, cum carcer parentibus, qui eas educare possent, ac instruere: ergo grauiter peccaret. Quo argumento manifeste vincitur, peccare mortaliter eos, qui duos amantes non coniuga-

Sup. hoc in  
§. vlt. Refol.  
Præterit,  
ad literam,  
quamvis ibi  
additis San-  
cta & Ve-  
ga.

Sup. his inf.  
in Ref. 212.  
per totā, &  
in tom. 5. tr.  
6. ex doctri-  
na Ref. 12.  
ad med. vers.  
Dicendum.